1 GR. SR.

Actum Lublini, in Positione Actorum Palatinatus Lublinensis Cadentia quæ Lege præscripta Feria Secunda post Festum Circumcisionis Christi Domini proxima, videlicet Die Tertia Mensis Januarij Anno Ejusdem Millesimo, Septingentesimo, Octuagesimo, Quinto.

Judicium Terrestre Palatinatus Lublinensis ad affectationem Partis cujus interest Inscriptionem Causæ infrascriptam ex Registro Ordinario Judicij sui sub numero Vigesimo Primo adnotatam sub Actuque suprascripto ad iudicandum acclamatam una cum Sententia ac Lucro sub Eadem Inscriptione contentis tenoris talis Instigator et Conventus Lublinensis Ordinis Prædicatorum ad ædes Sancti Stanislai Episcopi et Martyris siti Actores. Contra Magnificos Theodorum Suchodolski Capitaneum Omelnicensem, Joannem Malicki Colonellum Exercitus Regni, et Elisabetham de Suchodolskie Conjuges olim Magnificæ Theophilæ de Suchodolskie Primo Piotrkowska Secundo Ostarowska Successores, tum Magnificos Julianum Malinowski Vice-Palatinum Urzędowiensem

Josephum

Josephum Choynacki Pocillat. Vladimirien. et Theresiam de Starzynskie Conjuges ac alios Successores.. Piotrkovianos Citt. In Causa Solutionis Summae Quindecem Millium Flor. Pol. cum Provisione, tum in Sublationem Processus ac aliorum Termino comprehensorum. Judicium Quoniam Mgcus Malicki disparet. Proinde Eum condemnandum permittit. In Termino per Decretum Judicij sui conservato, tum ex adcitatione loco peragendae Executionis edita devenienti. Approbato ante-nori Processu Lucrum iterato ultimarie. In negotio vero Principali Lucrum Solut. Summae pro qua res est una cum Provisione sub Poena Banitionis. Super Attratus vero quosvis Evasio cum Banitione caetera in Producto. Cum Comparentibus vero Causam suspendit Judicandam et conservatur Terminus Idem mutui publicandi. Eidem Parti affectanti extradere permisit.

Correxit Jezierski mmcc

Legi Pruski mmcc

Causæ in hoc contentæ ex Rege-
stro Ordinario Judicij Terris
Lublinens una cum Lucro
extradita

Inscriptio

Lublini 1785 Anno

WiMBP
im. H. Łopacińskiego
w Lublinie
sygn. 315